



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Rudolphus Aquaiiua, & Socij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

*Vesper.**Filij Dei!*

iterum inficiendam expoliret; respondit: se, vesperi quotidie, vna cum singulis diei totius occupationibus peractis, Deiparæ sistere. Nolle autem se coram illa erubescere cum vasis parum exquisitè perpurgatis. In ipso cædis, mortiumque calore, illud quod sæpè à P. Balthasare Alvarez audierat, & pro sacro axioma usurpabat acroama socijs identidem repetiuit exclamans: *Eia, fratres, non degeneremus à præcelsis cogitationibus filiorum Dei.*

*P. Rudolphus Aquavina,  
& Socij.*

*Italus  
Coculini.  
15. Julij.  
1583.  
æta .33.  
Soct 15.*

Claros natales, iam inde à puero, nobili virtute ornavit, quando Deiparæ officio quotidie recitato, Sabbato etiam ieiunabat, & per quatuor

tu  
ci  
pe  
na  
g  
it  
e  
ti  
a  
d  
g  
q  
c  
b  
a  
h  
p  
e  
f  
c  
a  
p  
r  
il

tuor ferè horas orandi spacia producebat. Adolefcens postea, vti Thomas, foemina impudicam titione fugavit; ab eo tempore nihil in carne vnquam rebellionis expertus. In Societate quotidie per horæ dimidium se acriter verberabat, vt Indiam impetraret. Ad Mogores ire iussus, præter eos quos exantlabat labores, corpus mirè varièque vexabat pro eo populo ad Deum adducendo. Inde Goam, hinc ad Salfettas insulas, Superiorum missu, profectus est: ybi à barbaris gladio sub genibus vulneratus cecidit in genua, & collum ad vulnus mortemque accipiendam explicuit ac exporrexuit: quo tempore collum illi gladio transfixum est; alio

*B.V.**Mortif.**Cast.**Oratio.**Zelus  
anima-  
rum.*

illi humerum vulnerante,  
 alio sagittam ex arcu expediente in pectus. *Moriens:*  
*Charitas.* Ignosce, aiebat, *illis, Deus meus!* *S. Xaveri, ora pro me!*  
*Mors.* Tum ter adiecit: *IESV, suscipe hanc animam meam.*  
*B.V.* Bernardinus Nursinus, postea inclyti illius Fundatoris, Camilli de Lellis, socius, Rudolpho tum adhuc in Italia agenti dixerat; se à *B.V.* Beatissima Virgine accepisse illum fore martyrem ibi quò ire optabat. P. Ioannes Fernandus noster, hoc eodem 1583. anno, & 15. Iulij die vidit totam seriem eius cædis quæ tunc in Rudolpho, & socijs patrabatur; Angelo ei dicente: id ad gloriam Dei esse. Conspectus etiam est Rudolphus in coronâ gemmis conspicuâ. *Angelus.* An-  
*Calum.* no

no 1613 Neapoli quidam  
dicebat; Rudolphum non ef-  
se venerandum, etiam pri-  
uatâ reuerentiâ, quippe qui  
apud barbaros vitâ nonnisi  
per infortunium sit priuatus.  
Is ipse postea Vicario Ar-  
chiepiscopi disertè dixit; sibi  
adfuisset Rudolphum luce  
multâ illustrem, & interro-  
gasse, num se nosset? Ne-  
ganti verò sibi, dixisse; Cur  
ergò ignotum lacefferet? se  
esse Rudolphum quem ipse  
linguâ perstrinxisset; & eua-  
nuisse. Vnâ cum Rudol-  
pho tunc trucidati sunt hi  
focij:

*P. Alphonsus Paciecus.*

Huic lancea in pectus ada-  
cta. Dum extremum collo  
vulnus expectaret: *Christe,*  
inquit, lanceâ pro me confixe;  
*per illam tuam lanceam te ro-*

*Lingua.*

*Hispanus.*

*ibid.*

*etat. 34.*

*Soc. 16.*

*Charitas.*